

Sermones pulcherrimi varij scripturaz doctrinis reſerti de ſanctis per annu-
torius circulum pcurrentibus. editi a ve-
nerabili viro Iacobo voraginiſ. ordinis
predicatorz quodam epifcopo Januendi.
Incipiunt feliciter.

De ſancto Andrea Sermo primus

Veſtigia eius ſe-

cutus eſt pſe me
us. viaz eius cu-
ſtodiu et non de-
cliaui ex ea. **Job**

xxij. Tria ſunt neceſſaria cuilibet viro p-
fecto. Unum qd xpm ſequatur per bonā
vitam. Secundū qd ipſum cuſtodiat per
finale pſeuerantiam. Tercium qd ab eo
nunq̄ declinet per aliquam culpam. Iſta
tria beatus Andreas ſe feciſſe gloriatur.
cum dicit. **Veſtigia eius ſecutus ſc.**

Circa primum norandū qd veſtigia criſti
ſunt virtutes eius. ſc. eius puritas. cari-
tas. maſuetudo. miſericordia. ſive pſeueras
Iſta veſtigia chriſti ſanctus Andreas ſe-
cutus eſt. que norantur in antiphona que
de ipſo cantat. Concede nobis hominem
iuſtum. redde nobis hominem ſanctum. ne
interficiat hoīem deo carū. iuſtum. maſue-
tum. et pium. Habet ergo pſectam puri-
tatem. ideo dicitur. Redde nobis hoīem
ſanctum. Sanctū enim idem eſt qd purū
Unde in greco ſanctū idem eſt qd agyos
id eſt ſine terra. Tunc em̄ Andreas fuit ſi-
ne terra qm̄ omnia terrena reliquit. et ſe in
mundicia conſeruauit. **Matth. xix.** Ecce
nos reliquimus omnia et ſecuti ſumus te
Habet caritatem. ideo dicitur. Ne inter-
ficiat hominem deo carum. Caritas em̄
dicitur ex eo qd hominem carū facit. Qui
enim magnā caritatem habet magni pre-
cij eſt apud deum. qui parua parui. qui

nullam nullius. prima ad **Corinthi. xij.**
Si caritatē non habuero nihil ſum. Ha-
buit maſuetudinem et humilitatem. ideo
ſubditur. maſuerum. quod ſignificatur
per moyſen qui ſicut fuit ex aqua aſſump-
tus. ſic ille de marrocatuſ. De quo mo-
yſe dicitur **Numeri. xij.** Erat moyſes vir
mitiſſimus inter omnes homines. Ha-
buit miſericordiam et pietatem. ideo ſub-
ditur. et pium. Eius autem pietas oſten-
ditur ex eo qd quatuor vicibus fleuiſſe le-
gitur. Habet enim lacrimas amoris qm̄
fleuit pro incarceratione **Matth. xij.** ſui ami-
ciſſimi et dilecti. Compaſſionis quando
fleuit ppter extinctionem iuuenis a ſepre
demombus ſuffocati. Doloris quando
fleuit miſerabilem ſtatum **Nicolai ſemis**
Er deuorōis. ſicut quando fleuit vadēs
ad paribulum crucis. Iſta autem quatu-
or accipiunt penes quadruplicem inter-
pſationem huius nominis Andreas. In-
terpretatur enim decorus. et quantum ad
hoc accipitur eius puritas **Cantic. j.** Ec-
ce tu pulchre es dilecti mei et decorus. In-
terpretatur etiam virilis et quantum ad hoc
accipitur eius caritas que facit hominez
virilem et fortez. **pri. ad Corinthi. xij.** Ca-
ritas omnia ſuffert. Interpretatur reſpō-
dens pabulo. et quantum ad hoc accipitur
eius pietas. Sicut enim oleum eſt pabu-
lum luminis. ſic pietas grane ſpiritualis
Tunc autem quis reſpondet pabulo. qm̄
compaſſioni que eſt in corde reſpondet ef-
fectus in opere. Dicitur etiam Andreas
quaſi antropoſ. id eſt ſurſum conuerſus
per quod intelligitur eius humilitas que
hominem ſurſum conuertit. **Luce. xij. c.**
Qui ſe humiliat exaltabit. **Secundo**
viam eius cuſtodiu. Circa quod notan-
dum qd quatuor ſunt que viam cuſtodi-
re faciūt. ſcilicet ſeramentozū impreſſio.
cruci erectio. plantarum reſlectio. et lapi-
dum aggregatio. Et quoniam criſtus fa-
ctus ē nobis via. ideo habuit ſeramentozū
a. ij.

id est clauorum impressionem. crucis erecti-
onem. spinarum in modum corone reflectonem
et lapidum aggregacionem. quoniam scilicet iudei
lapides in christum iacere voluerunt. **B**onus
igitur andreas viam christi custodiuit. quod
semper respexit ad eius clauorum vulneratorum
ad christi crucem. ad eius coronacionem.
et ad eius lapidacionem. **T**ercio viam
eius non amisit. Circa quod notandum. quod
quatuor sunt que viam amittere faciunt
scilicet tenebra nebula. mimietas mundi. et den-
sitas herbarum. **N**ullo istorum modorum sani-
ctus andreas viam dei perdidit. non propter
tenebras auaricie. quod omnia terrena con-
tempnit. **A**uari enim tenebras faciunt dum
inter se et solem iusticie terram opponunt.
Sap. v. Iusticie lumen non luxit nobis
Secundo eam non perdidit propter nebulam
carnalis concupiscentie. quod corpus suum se-
domauit. **U**nde refert **Augustinus** in libro de
penitentia eum dixisse dum esset in cruce
Recordor domine quantum in portando cor-
pus onerosum in domando superbum. in
fouendo infirmum. in collicendo letum.
laboravi. **D**icit autem nebula carnalis con-
cupiscentia. quod sicut nebula ex aque vapo-
ribus exsurgit. sic in homine voluptuosa
fumositas malorum concupiscentiarum scaru-
rit. **Augustinus** in libro psalmi. **E**xalabant ne-
bule de limosa concupiscentia carnis et sca-
tebra pubertatis et obrubilabant atque of-
fuscabant cor meum ut non discerneres
serenitas dilectionis a caligine libidinis
Tercio viam dei non perdidit propter niuem
mundane glorie. quod totam vitam suam in
cruce christi posuit. **U**nde ait **Amator tu-**
us semper fui et desideravi amplecti te o
bona crux. **A**ssimilat autem mundana glo-
ria niui. quod licet ad modicum luceat tamen
cito evanescit. **E**rista viam dei perdere fa-
cit. **Iob. v.** **Q**uomodo potestis credere
qui gloriam ab inuicem queritis et gloriam
que a solo deo est non queritis. **Q**uarto
eam non perdidit propter densitatem herbarum

pigricie. **N**on enim piger fuit sed toram
achaiam perterritus. de pigris autem dicitur
Prover. xxiij. **P**er agrum hominis pigri
transiit et ecce totum repleuerant vritice.

De eodem

Sermo. ij.

Nimis honorati sunt amici tui de-
us. **ps.** **D**eus omnes sanctos ho-
norat communiter. **A**postolos ho-
norauit specialiter. sed beatorum andream
honorauit singulariter. **V**ideamus igitur
singulares honores quos christus beato
andree concessit. **P**rimo namque fecit eum pri-
micerium suum. quod scilicet ipsum ante omnes
apostolos vocauit. **Ero. xxiij.** **P**rimicias
frugum terre tue deferres in domum domini
dei tui. **T**res fuerunt apostoli qui sunt de
terra christi. id est de galilea. scilicet **Andreas** **P**e-
trus et **Philippus** quos christus quasi
primicias ad se vocauit et merito. **C**ristus
enim fuit agnus in ara crucis immolan-
dus. **I**sti autem tres apostoli filiter erant
agni quod in crucis patibulo immolari. **C**e-
teri autem apostoli fuerunt oues quod fuerunt
luporum moribus laniati. **Matth. x.** **E**cce
ego mitto vos sicut oues. **Q**uia igitur christus
erat agnus ideo prius voluit colligere ag-
nos et postea oues. **Isaie. xl.** **I**n brachio
suo leuabit agnos. et in sinu suo congrega-
bit fetus ipse portabit. **S**ecundo fecit ipsum
mediatorem et nuncium suum. quando scilicet
petrum ad ihesum vocauit et ad eum ad-
duxit ut habet **Iob. i.** **Q**uoniam petrus
andream debet diligere per quem christum
meruit inuenire. **Q**uanti meriti vir iste
est apud deum qui pertere meruit prin-
cipem apostolorum. et sic vere fuerunt fratres
Carne fide et passione. **T**ercio fecit ipsum se-
cretarium et consiliarium suum. quoniam de turba satis-
anda cum eo consilium habuit ut habet **Jo.**
vi. **N**am philippus non confidebat **Andreas**
deus dei potentiam et misericordiam prouocabat dicens
Est puer vnus hic et cetera. ac si dicat quis hec

De Sancto

modica sint. tñ tu dñe supple quod deest. **Prover. vj.** Amicus in domesticis fiducialiter agit. **Quarto** fecit eū portariū suū. sicut p̄r **Johan. xij.** Nam cū quidā gentiles ih̄su loqui vellent dixerūt philippo et ipse philippus dixit andree. Isti autē duo portarij dixerunt ih̄su. **Reg. vij.** Fuerunt portarij et nunciaverūt in palacō regis intranssecus. **Quinto** fecit eū similitonem. assessorē. p̄mensalem. et sacrificiū suū inq̄tum s̄q̄ p̄ambulō crucis cū p̄trivolt. **Christus** em̄ habuit crucē tanq̄ equū per quem p̄tra demones militant su per quē andrea sedere fecit et ideo fecit eū similitonem suū. **Hester. vj.** Nō quē rex honorare cupit sedere debet sup̄ equū. quē de sella regis est. **Habuit** crucē tanq̄ solū in quo inter hoīem et dyabolū iudiciū diffiniuit. **In isto solio andream collocauit.** et ideo fecit eū assessorem suū. **ij.** **Reg. xij.** **David. i.** r̄ps sedens in cathedra s̄q̄ crucis sapientissimus princeps inter tres qui fuerūt in eadē cathedra. sc̄lz andream p̄r et philippū. **Habuit** crucē tanq̄ mensam in qua fideles refecit. **In hac mensa andream secū tenuit.** et ideo fecit eū p̄mensalem. **p̄s.** **Parasti** in p̄spectu meo mensam. **et.** **Habuit** crucē tanq̄ aram in qua patri se sacrificiū obtulit. **In hac ara andrea similiter immolauit.** et id fecit eū suū sacrificiū et odorem. **Unde cātaratur.** **Dilexit** andream dñs in odore suavitatis. **Quāvis** autem fuerit passus p̄ambulū crucis non tñ eo modo quo x̄ps **Christus** em̄ fuit crucifixus rectus. p̄r reuersus. andreas transuersus. q̄ x̄ps tā q̄ caput obtinebat superiora. petrus tanq̄ alter princeps obtinebat inferiora. et id p̄ueniens fuit q̄ andreas teneret mediū. ut s̄q̄ manū dextram porrigeret ad x̄p̄m petens ab eo auxiliū ascendendi in celoz. finistram ad p̄r petens sibi aperiri regnū celoz. **Christus** in cruce fuit rectus ut respiceret mundū quem redimebat. **Petrus**

Andrea

reuersus ut respiceret celū cuius clauēs tenebat. **Andreas** transuersus ut cum vna manu peteret regnū celoz a x̄po. cū alia. sc̄l. clauēs a petro.

De eodem

Sermo. iij.

Habebat iohannes et ex discipulis eius duo r̄c. **Johā. j.** **Circa** istā primam vocatōem andree tria tā guntur. **Nam** in iohanne notat fidelis testificatio cum dixit. **Ecce agnus dei.** **In andrea** prudens interrogatio cum dixit. **Rabi ubi habitas.** **In x̄po** benigna inuitatio cum dixit. **Venite et videte.** **Circa** primum notandū q̄ testificatio iohānis fuit andree causa salutis. q̄ mox christus secutus fuit. per qd̄ datur intelligi quantum valet vnū verbū ab vno sapiente audire. et cum sapientibz p̄uersatōem habere. **Carbones** aut̄ mortui in simul positi sese magis denigrāt. viui aut̄ magis sese inflāmant. viui cū mortuis et mortuos accendunt. **Sic etia** peccatores in simul habitantes magis se inq̄nant. **Sancti** viri in simul habitantes magis se inflāmant. **Sancti** viri cum peccatoribz p̄morantes eis vitam prestant. **Iohannes** igit̄ andream docuit et ipsum p̄fecte ad ih̄sum disposuit. et ipse sic dispositus ad ih̄sum transiuit. **Disposuit** aut̄ ipsum q̄tuor modis. **Primo** sicut disposuit lucifer ad solē. **Iohēs** erat lucifer **Joh. xxxvii.** **Aliquid** p̄duces lucifer in tempe suo. x̄ps erat sol. **Mal. iij.** **Vobis** nimentibz nomē meū oriet nomen iusticie. **Lucifer** aut̄ disposuit ad solē p̄ vicinā denūciatōem. **Aliq̄** p̄phete fuerit stelle. q̄ nūciauerūt x̄pm sed de longinquo. **Iste** fuit lucifer q̄ nūciauit ipsum. **sc̄l. de p̄p̄quo** cū ipsum ostendit. **d.** **Ecce agnus dei.** **Andreas** igit̄ sic dispositus de lucifero transiuit ad solē. **sc̄l. d.** **discipulatu** iohannis ad discipulatum x̄pi. **Secundo** ipsum disposuit sicut lucerna ad lucem. **Iohānes** erat lucerna. **Jo. v.** **Ille** erat lucerna ardens et lucens. x̄ps erat lux **Johā. j.**
a. iij.

Erat lux vera **et**. Lucerna autem disponit ad lucem per quandam radiatorem imperfectam. Johannes ergo tanquam lucerna lucebat sed imperfecte. per suam tamen lucem imperfectam disposuit andream ad lucem perfectam. Et sic andreas dispositus de lucerna transiit ad lucem. id est de imperfecta radiatore iohannis ad perfectam lucem christi.

Tercio ipsius disposuit sicut facula ad ignem. Johannes erat facula **Eccle. xlviii**. Verba eius quasi facula ardebant. Christus erat ignis **Hebr. x**. Deus noster ignis presumens est. Facula autem disponit ad ignem per quandam semiplenam inflammationem. Johannes igitur tanquam facula inflammabatur sed imperfecte. per suam tamen inflammationem imperfectam disposuit andream ad veri ignis inflammationem perfectam. Et sic andreas dispositus de facula transiit ad ignem. id est de semiplena inflammatione iohannis ad plenam inflammationem veri ignis. id est christi.

Quarto ipsum disposuit tanquam precursorem ad regem. iohannes erat precursorem. **Luce. i**. Preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Christus erat rex. **Apoc. xix**. Rex regum et dominus dominantium. Johannes igitur tanquam precursorem viam ad regem preparabat. **Joh. i**. Ego vox clamantis in deserto **et**. Et sic Andreas preparatus de precursore transiit ad regem. et de militia militis transiit ad miliciam imperatoris.

Secundo in beato andrea ponitur prudens interrogator cum dicit. Rabi ubi habitas. Circa quod notandum quod christus est luminosus. **ps**. Amictus lumine sicut vestimento. et ideo requirit domum lucidam per sapientiam et veritatem. **Proverb. viii**. Ego sapientia habito in consiliis **et**. Est speciosus. **ps**. Speciosus forma pre filiis hominum. et ideo requirit domum mundam per puritatem. **Psalm.** Tu autem in sancto habitas. sanctum. id est mundum et purum. Est tranquillus et quietus. **Sap. xii**. Tu autem dominator

virtutis cum tranquillitate iudicas. Et ideo requirit domum tranquillam per concordiam et unitatem. **Psalm.** Factus est in pace locus eius. Est excelsus **Job. xi. ca.** Excelsior celo est. et ideo requirit domum altam per caritatem **Eccle. xxiij**. Ego in altissimis habito. Est stabilis et perpetuus. **Eccle. xlii**. Dominus omnipotens stabilis in gloria sua. Et ideo requirit domum firmam per patientie stabilitatem. Sicut enim incus firmatur percussione. sic domus dei firmatur aduersitate. Et in tali domo christus habitat. **Psalm.** Cum ipso sum in tribulatione. Quia igitur beatus andreas habuit domum cordis sui lucidam. id est christus in eo habitavit tanquam luminosus. Quia abuit mundam in eo habitavit tanquam speciosus. quia habuit pacificam in eo habitavit tanquam tranquillus. quia habuit altam in eo habitavit tanquam excelsus. quia habuit firmam in eo habitavit tanquam perpetuus.

Tercio ponitur christi benigna inuitatio cum dicit. Venite et videte. Videre autem hic sumitur pro omni sensu. **Augu. in libro plessi**. Dicimus non solum vide quid luceat. sed etiam vide quid sonat. vide quid oleat. vide quid sapiat. vide quid durus sit. Videntur ergo quia eius gratiosam faciem conspexerunt **Exod. xv**. Valde admirabilis es domine et facies tua plena est gratia. Cuius verba dulcissima audierunt **Psalm.** Quam dulcia faucibus meis eloquia tua **et**. Odorem paradisi quo plenus erat perfecerunt **Can. i. ca.** Traxit me post te curremus in odore vnguentorum tuorum. Amorem suum suauissimum gustauerunt **Eccle. xxiij**. Qui edunt me ad huc esurient. Brachia fidei et amoris eius tenuerunt et amplexari fuerunt **Can. iiij**. Tenui eum nec dimittam. **Proverb. iij**. Glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus.

De eodem Sermo. iij.

Abulans ihesus iuxta mare galilee vidit duos fratres symonē qui vocat petrus et andream fratrem eius Matth. iij. Vocatio istorū apostolorū commendabilis est ex parte vocantis et vocatorū. Ex parte quidem vocantis commendabilis est quantum ad duo. scilicet quantum ad numerū et quantum ad officiū. Quā-
Ctum ad numerū. quia vocati sunt infirmi quatuor fratres bini et bini. ut in isto euangelio habetur. quod factum est de triplici causa.
Primo propter eorum plenam consolationem. Si enim fuissent diuisi et aliqui non fuissent vocati non fuissent plene consolati. Crisostomus. super illud Ex vocauit eos. Erant enim habitatione pauperes. dilectione per cordes. artificio pares. fraternitatis pietate coniuncti. Ideoque eos simul vocauit ne tot homines coniunctos dissimilis vocatio separet. Vocauit ergo eos simul ut plena consolatio eis daretur. Deus enim semper dat plenam perfectam et puram consolationem. Iohā. xvi. Petrus ut gaudium vestrum sit plenum. E conuerso autem mundus dat consolationem deceptoriam. sicut pater Lu. xij. in diuite qui dixit. Anima mea habes multa bona etc. Aut vacuam Thre. iij. Asper terram et ecce vacua erat et nihil. Aut semiplenam Psalm. Qui sanguinū et dolosi non dimidiabunt dies suos. Aut mixtam Isa. j. Vinum tuū mixtum est aqua. **S**ecundo propter commendandam vitam sociale. ad quam quatuor requirunt. Primum est recognitio infirmitatis proprie. ideo ponitur ibi petrus. qui interpretatur agnoscens. Ecclesi. xxxj. **I**ntellige que sunt primi tui ex teipso. **S**ecundū est conformitas voluntatis mutue. ideo ponitur ibi andreas qui interpretatur virilis. quia ad voluntatem suā domandam magna virtus requiritur. Prover. vij. Melior est patiens viro forti. et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. **T**ercū est supplantatio ire. et ideo ponitur ibi iacobus qui interpretatur supplantator

Prover. xv. Vir iracūdas prouocat iras qui patiens est mitigat suscitatas. **Q**uartum est presentia diuine gratie. ideo ponitur iohannes qui interpretatur gratia. Ge. ra enim socialitas non est inter malos. sed bonos Ecclesi. xj. Qui metuunt dominum inueniunt illum scilicet verū amicum. **T**ercio propter fidei firmitatem. Nam secundum crisostomum. Fides in statu nature fuit debilis. quia fundata fuit super vnam pilam. id est super abel. In statu legis scripte fortior. quia initium veteris testamenti fundatur fuit supra duas firmitates quasi super duas pilas. id est moysen et aaron. In statu legis euangelice fuit fortissima. quia initium noui testamenti fundatum fuit super quatuor fraternitates quasi super quatuor pilas. scilicet per andream. iacobū et iohannē. immo super montem fortissimū. scilicet christum Psalm. Fundamē ta eius in montibus sanctis. **S**ecundo commendabilis est quantum ad officiū. quia facti sunt piscatores hominū. Circa quod notandum quod deus habet piscatores. venatores. vindemiatores. Piscatores fuerunt predicatorum primitiui qui vno tractu rebus predicationis magnā multitudinem piscum. id est hominū capiebant. Venatores sunt predicatorum moderni. qui cum clamoribus vix capiunt vnam ferā. id est animā. Thre. xvi. Ecc ego mittam piscatores multos et piscabuntur eos. et post hec mittam eis multos venatores et venabunt eos. Vindemiatores autem erunt predicatorum ultimi qui cum falce diuini eloquii vinas maturas a putridis separabunt. Apoca. xij. Misit angelus falcem suam in terram et vindemiauit vineā terre. Modo autem dyabolus est vindemiator et christus racemorum collector. Mich. vij. Ve mibi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemie. **E**x preterea autem vocatorū commendabilis est ipsa vocatio quantum ad duo. Primo quia omnia reliquerunt. scilicet amorem terrenum. domesticum et

privatum. **T**ercenū quidē cū dicat. **Re-**
licis rethibz et nauī rē. **M**ath. xix. Ecce
 nos reliquimus oīa rē. **A**morem dome-
 sticū cum dō. **E**t patre rē. **M**ath. x. Qui
 amat patrē et matrē plusq̃ merē. **A**more
 priuatū cum dō. **S**ecuti sunt eū et nō seip-
 sos **J**ohā. xij. Qui amat aīam suā pder-
 eam. **D**e his tribz amoribz dō **L**uc. xiiij.
Si quis venit ad me et nō odit patrē suū
 ac matrē. **N**ec referunt ad amorē dome-
 sticū adhuc at et aīam suā. hoc ad amorē
 priuatū. **E**t qui nō baiulat crucē suam et
 venit post me. s. pauperē non pōt me? esse
 discipulus. hoc refert ad amorē terrenū.
Scdo p̃mendabilis fuit eoz vocatio.
 qz secuti sunt xpm. s. tanq̃ lucē sodalem
 ducem et regē. qui vadit post talē lucē nō
 potest offendere **J**ohā. xi. Si quisambu-
 lat in die nō offendit rē. Qui vadit post
 talem sodalē non potest deficere. qz manū
 porrigit sibi adiutricē. **p̃s.** **T**enuisti ma-
 nū dexterā meā. Qui vadit post talē du-
 cem nō potest errare. **J**ohā. viij. Qui se-
 quit me nō ambulat i tenebris. Qui va-
 dit post talē regē nō potest corona carere.
Apo. ij. **E**sto fidelis vsq̃ ad mortē et da-
 bo tibi coronā vite. **B**rus igit **A**ndreas
 securus est xpm tanq̃ lucē. in sua pueriōe
 qz tunc de tenebris ad lucē venit. **T**anq̃
 sodalē in sua pueriōe. qz sp̃ sibi adhx̃it
p̃s. **A**dhx̃it aīa mea post te rē. **T**anq̃ du-
 cem in sua passione. vñ cantat de eo. **E**t
 in ligno crucis dux iusti fuisti. **T**anq̃ regē
 in sua gloriōe a quo coronā accepit.
Unde dixit cum esset in cruce. **I**am enī
 ego video regem meū rē.

De sancto Nicolao ep̃o. Sermo. j.

Virtus quasi leo

pfidēs absq̃ terrore erit. **P**rouer.
 xxvij. **I**n his ṽbis scūs atq̃ deuor?
Nicolaus a tribz p̃mendat. **P**rio a vite
 sc̃itate cum dō **I**ustus. **S**cdo a mēnis

magnamimitate et nobilitate. **C**um dō. q̃ff
 leo p̃fidēs. **T**ercio a p̃scientie securitate
 cū dō. **A**bsq̃ terrore erit. **C**irca primū
 notādū q̃ scdm **A**ug. vera iusticia i tribz
 p̃sistit. s. in innocentia. benificētia et humi-
 litate vera. **F**uit ergo beatus **N**icolaus
 iustus. **P**rio qz nulli nocuit vñ dō. **P**ue-
 rilibus annis innocenter transactis rē. j.
Coz. x. **S**ine offensione estote ecclesie dō
 rē. **S**cdo qz oībz p̃fuit qz et aux̃ dedit et
 triticū impetrauit. **p̃s.** **D**isp̃sit dedit pau-
 p̃ibz iusticia rē. **T**ercio qz verā hūilitatē
 seruauit. vñ dō de eo q̃ fact? ep̃s eādē
 quam prius hūilitatē seruabat. **T**ria enī
 sunt que hominē p̃sueuerūt immutare. s.
 etas dignitas et p̃speritas. **S**ed beatus
Nicolaus nō est immutatus a sua humi-
 litate nec p̃pter etatem. qz eā seruabat ma-
 gnus et paruus. **D**eu. xxvij. **S**icut dies
 iuuentutis tue ita et senectus tua. nec p̃-
 pter dignitatem. qz eam seruabat in pre-
 latione sicut et in subiectione. **E**cclē. xxvij.
Rectorē te posuerūt noli extolli. nec p̃pter
 p̃speritatē. qz eam seruabat in p̃speritate
 sicut in aduersitate **E**cclē. xxvij. **H**ō sanc-
 tus in sapientia manet sicut sol. **C**irca
 secundū notādū q̃ scdm **G**rego. nazan-
 zenū quadruplex est nobilitas. **P**rima
 causat ex carnis p̃pagine. secunda ex ani-
 mi virtute. **D**e hac duplici nobilitate di-
 cit **J**eromimus. **I**lle apud deū nobilior
 et potior est non quem nobilitas generis
 nec dignitas seculi. sed quē deuotio fidei
 deo et sancta vita commendat. **I**stam du-
 plicem nobilitatem habuit nicolaus. vñ
 dicit de eo. nobilissimus natalibz ortus.
 quo ad primam. velut lucifer **N**icolaus
 emicuit quo ad secundam **I**tem dicit q̃
 fuit nobilis genere sed nobilior fide. **T**er-
 cio causat ex legali adoptione sicut patet
Exodi. ij. cap. vbi filia pharaonis **M**oy-
 sen in filium adoptauit. **I**stam habuit n̄
 colaus in dei filium per spiritum sanctum
 acceptatus. ad **R**oma. octauo capitulo.